



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Exerc. 5. Quòd P. Parens sit omnium Creaturarum eminentissima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

ipsam æternitatem. Ut non solum nunquam excidamus à Gratiâ, & à charitate Dei, verum etiam in dies, horas, & momenta singula, amplius, ampliusque in eâ crescamus, ac ditescamus, per gravissimam intercessionem, atque adeo potentiam, hujus Pretiosissimæ Parentis nostræ, fundatricisque in statu ac possessione amicitia Divinæ.

P R A X I S.

Pretiosissima Mater Dei mei, Domina mea, Virgo Maria; Tu, sicut ipsa es verissima Dei Mater, sic etiam verissimum ac Naturale jus habes ad Amorem, ad Gratiâ, Amicitiamque Dei. Tu Claves portas à Corde Divino. Tu præsidens thesauris Amicitia, & Gratiæ Dei. Tu quem vis Amicum Dei constitutis, ejusque Gratiâ adimpleres, & ditas, & in Amore Divino fundas, confirmasque. O Mater, & Patrona mea: utere hoc jure mecum, & super me, & super omnes tuos in me, meosque in te. Introduce nos ad Amorem, Amicitiamque Filii tui, Dei nostri: Funda & confirma: stabili, & radica nos in gratiâ, & familiaritate ipsius ut ab eâ nunquam excidamus, imò in eâ semper amplius, ampliusque proficiamus, perficiamur, confirmemur, solidemurque, ad Mortem, & in Morte, & in omnem æternitatem.

EXERCITIUM V.

Quòd P. Parens sit omnium Creaturarum eminentissima.

1. **S**tatue te coram Pretiosissimâ Dei Parente Virgine Maria.
2. Expende: quòd Maria sit Mater Dei Altissimi,

tissimi, ac per hoc super omnes, simul sumptas, etiam possibiles, puras Creaturas, dignissima, exaltatissima, eminentissima.

3. Maria enim quoniam Mater Dei est: facta per hoc est ille mons, ab Isaiâ decantatus; *Erit in novissimis diebus, præparatus Mons Domûs Domini in vertice Montium.* Mons enim Beatissima Virgo & Mater Maria fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. Mons, & quidem præ omnibus sublimis fuit Maria: quæ ut ad Conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem suprâ omnes etiam Angelorum Choros, usque ad solium Deitatis erexit. Mons fuit Maria, & quidem supra verticem Montium, quia præcellentissimæ dignitatis suæ merito, ejus altitudo suprâ omnes Sanctos refulsit. Mons fuit Maria, omnibus creatis montibus, seu Dignitatibus altior: quia ubi cæteræ Dignitates summam suam tenuerunt: ibi Mariæ primâ, & imâ fundamenta per singularitatem Gratiæ facta esse noscuntur: dicente alio Propheta; *Fundamenta ejus in montibus Sanctis.* Denique Mons fuit omnibus montibus, id est, omnium Creaturarum generibus altior, Maria: quia maternitatis Divinæ prærogativâ, omnibus omnino creaturis accessum ad se, & ad æqualitatem suam penitus spem omnem præclusit: suamque super illas potestatem extulit, ac firmavit.

4. Igitur propter hanc Altitudinem, debetur Mariæ, ab omni Creaturâ, & Generatione, omnis supremus, qui in Creaturam puram cadat honor, laus omnis, omnis etiam appetitatio, reverentia, dile-

DRUX
SICKI
r: uca
II
V
7

inquam
verum
mplius,
us, per
o pote-
ræ, fun-
itix Di-

a, Virgo
Mater,
ad Amo-
u Claves
ris Ami-
cum Dei
as, & in
Mater,
& super
te. In-
tui, Dei
a nos in
uam ex-
que pro-
murque,
nitatem.

ur arum

Parente
Dei Al-
tissimi,

dilectio, & subjectio: tanquam illi, quæ est Mater conditoris, & Domini omnium rerum: estque proinde etiam ipsa Heres, Domina, & Regina omnium istorum Dei Filii sui bonorum. Pertinent siquidem omnia bona filiorum ad Parentes eorum, nec quidquam acquirunt sibi Filii, quod simul juri parentum eo ipso non accedat: præsertim; si quid à Naturâ filii obtineant: quando Mariæ Virginis Filius, Dominus JESUS CHRISTUS, Deus Homo, ex ipsâ suâ Naturâ, & ab Unionè Hypostaticâ, absolutum rerum omnium Regnum, Dominiumque sortitus est. Inde enim hoc ipsum Dominium, atque Regnum, Matri ejus Mariæ accessit. Cur enim Parentes & Filii una censentur Caro, & non tam pars ejusdem, quàm prorsus eadem substantia; & cur bona dignitatesque Naturales parentum, sunt etiam Filiorum; si non bona, dignitates, Dominia, & Regna filiorum, cadunt etiam, naturaliter sub fortem parentum?

5. Sicut ergo Dei Filius, idemque Mariæ Virginis Matris proles, naturâ, suâ, & præest, & eminent omnibus Creaturis, quantumlibet sublimibus, atque etiam supernaturalibus; ita quoque eodem Filii sui jure, Maria est omnium Creaturarum, naturalium, supernaturaliumque, & superior, & præminentior, & præses, & Domina. Idque ab ipso primo Conceptionis suæ instanti, quo ipsa in hunc mundum concepta est. Etsi enim nonnisi propter Divinam Maternitatem, hæc tam sublimis Altitudinis, Domini que in res omnes prærogativa illi advenit: quia tamen Justitia Originalis illi in Conceptione statim collata fuit, & fuit per respectum, & propter honorem

fit
norem
(imò ab
taque f
verba
sic sona
Ideo jan
& emin
universa
6. E
post Ch
pusque
solaque
ram Dec
ad Uniu
in esse
donorum
tatis, po
sumptu
fiduas C
folique
nis, ser
sibi, vel
merito v
unam,
vandam
redimer
Creatur
damnun
quam ex
7. H
condigr
gere, ex
Matrem
que, in

norem Divinæ Maternitatis, ad quam jam tunc (imò ab Æterno) Electa, præparata, prædestinataque fuit, juxta illud ipsiusmet de se Virginis verba; *Ab eterno ordinata sum*, (quæ ex Hebr. *Prov. 8. 23.* sic sonat;) *ab eterno inaugurata sum princeps*: Ideo jam tunc etiam statim Domina fuit omnium: & eminuit super omnia opera Dei, superque univèrsa bona Filii sui.

6. Ex hoc fonte promanavit, quòd Maria, post Christum, fuerit secundò primus finis, scopusque Deo univèrsæ Creationis. Quòd una solaque Maria, dignior, & pretiosior fuerit coram Deo omnibus univèrsim Creaturis. Quòd ad Unius, soliusque Mariæ conditionem, atque in esse suo consummationem, plus bonorum, donorumque, & (si fas dicere) Sapientiæ, bonitatis, potentiæ, Sanctitatis, Perfectionisque suæ sumptuum Deus profudit, quàm in omnes residuas Creaturas. Inde quoque est, quod unius, soliusque Mariæ, plus creaturæ honoris, subjectio- nis, servitii, & dilectionis debeat; quàm vel ipsæ sibi, vel aliis aliæ mutuo: debentque juste, ac meritò velle, ac esse paratæ, (si ita res exigat,) ob unam, solamque Mariam Dei Matrem conser- vandam, emori: aut interire: siquidem bene redimeretur salus solius Mariæ, morte totius Creaturarum populi. Quoniam majus esset damnum toti Mundo, ex unius Mariæ jacturâ, quàm ex totius Mundi interitu.

7. Hinc agnosce: majori jure, obligatione, condignitate, debere (Te v. g.) honorare, dili- gere, exaltare, zelare, unam, solamque hanc Dei Matrem, majoresque vires, conatus, sumptûs- que, in ejus cultum, & venerationem impendere, quàm

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "Sicut" and other illegible scribbles.

quàm in totius, cujuscunque, etiam simul sum-
ptæ, puræ creaturæ,

8. Hâc mensurâ, metire tuum erga Parentem
hanc Pretiosissimam affectum dilectionis, venerationis,
honorificationis, pietatis, zelationis. Et vide, quàm
procul absis ab hujus mensuræ exæquatione! vide,
quàm profuso, prodigoque in honorem, & amorem
hujus Dei Matris esse debeas animo: vide, quàm
magnificus ejus in corde tuo, & per tuam Curam,
& in alienis cordibus, operibusque, debeat esse,
hujus Virginis Amor, ac veneratio, atque exaltatio?

9. Eminent apud te in amore: in pietate, in
honore, & in veneratione: ita, sicut revera emi-
net ipsa in Dignitate, in excellentiâ, in pretiositate,
in Potestate. Eminent illa potestate, atque Dominio
super omnes ac singulos Angelos: fatagas & tu
eminere in affectu dilectionis, & venerationis
erga illam, super omnes, singulosque Angelos.
Eminent illa in potestate atque Dominio super
omnes, singulosque homines: fatagas & tu
eminere in pietate, & honore, amorisque
teneritudine, & vehementiâ erga illam, super
omnes, & singulos homines. Eminent illa, potestate,
& Dominio super omnes, singulasque Creaturas
rationis expertes: fatagas & tu, non solum
eminere, sed etiam vicem, officiumque, in cultu,
amore, & subjectione ad Mariam, implere,
ac superimplere, omnium, singularumque
Creaturarum irrationalium. Eminent Maria potestate,
& Dominio, terroreque sui, super omnes
dæmones, de quibus omnibus, cum, in Triumphatore
Filio triumphavit, omnium capita in primo
suz Immaculatissimæ Conceptionis momento,

to, vic
fatagas
quiden
tionis
ctorio
nem e
conun
supere
Dei M
mi, ac

Pret
Redem
omnes
gnitate
minor
honore
omnis
honore
una sol
omniba
mine,
bomine
omne g
quam
tation
stantia
dignit
reliqu
nation
secro:
maxim
to,

to, victore Calcaneo contrivit, & conquassavit: fatagas & tu, officio, obsequioque, quo, debent quidem, at indignissimi sunt, amoris & appretiationis defungi daemones, illorum vice, erga victoriosissimam, Triumphatricissimamque Virginem excellere: in tantum eam super omnia draconum infernalium Capita superponendo, ac superexaltando, in quantum praedigna est, tam Dei Mater extolli, exaltarique, quam digni depri- mi, ac dejici.

P R A X I S.

Pretiosissima Dei Mater Maria: in conspectu Sanctissimae Trinitatis, nec non Filii tui, Jesu Christi, Redemptoris nostri, confiteor, tantam esse tuam, super omnes creaturas, eminentiam, potentiam, atque dignitatem, ut uni tantum Deo secunda, soloque illo minor sis: utque ad tui unius, soliusque, in esse, & honore conservationem, ac propugnationem, merito omnis creaturae, suum esse, suam integritatem, suum honorem, impendere possit, atque debeat. Tu enim una sola pretiosior, ac dignior, eminentiorque es, praeter omnibus creaturis coram Deo. In tuo, Maria, nomine, flectitur omne genu Angelorum: omne genu hominum: omne genu creaturarum irrationalium, omne genu demonum. Ea propter Ego, vilissima quamvis portio creaturae Filii tui, tuo amori, appretiationi, honori, integritati, exaltationi, totam substantiam meam, totas vires, totos conatus, omnem dignitatem, omnem sufficientiam meam, etiam omnis reliquae creaturae, totiusque universae ad me imperjoratione audiam, communicam, associatamque consacro: atque illi propagando, propugnando, tam in maximo, quam in minimo adaugendo, dedico, devo-

ueq-

DRUX
SICKI
r: 4300
II
V

320 *Exerc. VI. Quòd per P. Parentem,*
veoque; solus, unusque: sed omnium creaturarum
impersonatione auctus, omnium earum vicem, offi-
cium, debitum, conatum, desiderium, voluntatisque
affectum explendo, & etiam evincendo, evincereque,
ac supergredi, adversum Te, intendendo: propter
amorem tui, propter amorem Filii tui, Dei mei, Jesu
Christi.

EXERCITIUM VI.

*Quòd per P. Parentem, maximè Deus ma-
gnificetur.*

1. **S**Tatue te coram pretiosissimâ Dei Parente &
Virgine Maria.

2. Expende: quòd in Maria, & ex Maria
elucescat maximè Divina Magnitudo, Perfectio,
Plenitudo: quodque ab eâ, plus quàm ab omni-
bus reliquis creaturis simul sumptis magnifi-
cetur.

3. Qua de causa P. Parens, cùm esset præ o-
mnibus humillima; etiam præ omnibus hunc
titulum usurpavit: & hanc sibi occupationem
potissimam semper adscivit: ut sese quidem
semper, quàm intimissimè exinaniret, ac infra o-
mnes creaturas, imò & propè infra ipsum nihi-
lum humiliaret: Deum autem suum, quàm vi-
scerosissimè magnificaret: hoc est, magnum
non solùm ostenderet, verùm etiam conatu suo
redderet, plus, quàm omnes simul collectæ crea-
turæ, etiam possibiles hoc faciunt, aut facere
possunt.

4. Quia enim, ad hoc unicum omnes à Deo
creaturæ conditæ sunt, ut per eas magnalia Dei,
hoc est, magnitudo ejus, & perfectiones ejus,
cogno-

cogno-
rant glo-
firmame-
debet.
& ipsis
saliter d-
mundi,
tur: sen-
inde ne-
creatur-
eâ mag-
& ex eâ
tur Mag-
de: ex
gelo sup-
ex perfe-
sa, seu a
5. Et
ris, nul-
& omni-
quam D-
stare de-
sentiam
alias ma-
illâ unâ a-
tam simu-
6. Si
nostro,
in unitat-
Charitas
qui ind-
turâ, nec
bona, pl-
flari, qu-
V.P. I